

**Directions:** Read the passages. Then mark the letter of the best answer for each of the items which follow the passages.

**Selection One:**

Hannibal, adulēscens quīnque et vīgintī annōrum, imperātor factus, proximīs tribus annīs gentēs Hispāniae bellō vīcit. Trēs exercitūs maximōs comparāvit. Ex hīs ūnum in Āfricam mīsit, alterum cum Hasdrubale frātre in Hispāniā reliquit, tertium in Italiā sēcum dūxit. Posteaquam ad Alpēs vēnit, quas nēmō umquam cum exercitū ante eum trānsierat, viās mūnīvit et effēcit ut elephantī ire possent. Cōpiās trādūxit et in Italiā pervēnit.

Pugnāverat ad flūmen Rhodanum, quod in Galliā est, cum P. Cornēliō Scīpiōne cōsule eumque pepulerat. Cum hōc eōdem ad Padum flūmen in Italiā pugnāvit et ut fugeret coēgit. Iterum ad Trebiam flūmen pugnāverunt, iterumque Scīpiō in fugam sē dedit. Aliōs quoque ducēs Hannibal vīcit. Ad Cannās maximā victōriā Rōmānōs superāvit. Paene Rōmam ipsam cēpit sed in patriam revocātus est ut eam contrā Scīpiōnem dēfenderet, quī Āfricam invāserat. Ad Zamam Hannibal victus est. Carthāginiēnsēs cum Rōmānīs pācem fēcērunt.

1. Quid annis in Gallia est?
 

a. Padus	c. Cannae
b. Trebia	d. Rhodanum
2. Quantos annos habuit Hannibal ubi imperator appellatus est?
 

a. 25	b. 20	c. 28	d. 30
-------	-------	-------	-------
3. In qua terra habitabat Hannibal?
 

a. Hispania	c. Africa
b. Italia	d. Gallia
4. Quis ab Hannibale tribus annis victus sunt?
 

a. Scipio	c. Galli
b. Romani	d. gentes Hispaniae
5. Quae victoria supra Romanos erat maxima?
 

a. Rhodanum	c. Zama
b. Padus	d. Cannae
6. Hannibal Romam capere non poterat quod ...
 

a. Scipio eum aggressus est	c. Carthagienses pacem fecerunt
b. ad Africam revocatus est	d. none of the above
7. In quo loco tandem Romani Hannibalem vicerunt?
 

a. Cannae	c. Zama
b. Trebia	d. Carthago
8. Quis Hannibalem vicit?
 

a. Scipio	c. Hasdrubal
b. Romani	d. none of the above
9. Quis primum trans Alpes cum exercitu transivit?
 

a. Hannibal	c. Scipio
b. Hasdrubal	d. none of the above

10. Quid cum eo tulit?

- |                        |                            |
|------------------------|----------------------------|
| a. tres exercitus      | c. gentes Hispaniae victas |
| b. fratrem Hasdrubalem | d. none of the above       |

Selection Two:

Aristidēs Athēniēnsis tempore Themistoclis vixit atque cum eō contendit uter princeps civitātis esset. Tam Aristidēs iustitiā excellēbat ut ūnus post memoriam hominum cognōmine iustus appellārētur. Tamen ob invidiam Themistoclē populō Athēniēnsī persuādet ut Aristidēs in exsilium iret. Cum Aristidēs vīdisset quendam scribentem in testulā (*tablet*) ut Aristidēs ex patriā pellerētur, quaesisse ab eō dīcitur cūr id faceret aut quid Aristidēs commīssisset. Cui ille respondit sē nōn nōvisse Aristidēm sed sibi nōn placēre, quod tam labōrāvisset ut magis quam ceteri iustus appellārētur. Mīrum nōbīs vidētur quod ob nimiam (*too great*) iustitiā poenā affectus est. Post sex annōs in patriam revertit.

Meritō et auxiliō eius factum est ut summa imperī maritimī ab Lacedaemoniīs transferrētur ad Athēniēnsēs, nam ante id tempus et marī et terrā ducēs erant Lacedaemoniī.

11. Quis Iustus appellatus est?

- |                 |                      |
|-----------------|----------------------|
| a. Themistocles | c. Lacedaemonius     |
| b. Aristides    | d. multi Athenienses |

12. Quis Athenis tempore Themistocles habitabat?

- |                  |                      |
|------------------|----------------------|
| a. Iustus        | c. Aristides         |
| b. Lacedaemonius | d. none of the above |

13. Cur Aristides Athenis pulsus est?

- |   |                      |
|---|----------------------|
| a. urbem non iam amavit                     | c. tam iustus erat   |
| b. Themistocles eum Iustum appellare voluit | d. none of the above |

14. Quantos annos habitabat Aristides extra Athenas?

- |      |      |      |       |
|------|------|------|-------|
| a. 6 | b. 7 | c. 8 | d. 10 |
|------|------|------|-------|

15. Quae natio habuit summam maris potestatem ante tempore Themistoclis?

- |                 |                      |
|-----------------|----------------------|
| a. Athenae      | c. Creta             |
| b. Lacedaemonii | d. none of the above |

16. Quae natio habuit summam terrae potestatem?

- |            |                      |
|------------|----------------------|
| a. Creta   | c. Lacedaemonii      |
| b. Athenae | d. none of the above |

17. Quis cui invidiam habuit?

- |                                    |                                     |
|------------------------------------|-------------------------------------|
| a. Themistocles Aristidem invidit. | c. Lacedaemonius Aristidem invidit. |
| b. Aristides Themistoclem invidit. | d. Themistoclem neminem invidit.    |

18. Quomodo Athenienses hominem ex urbe pepulit?

- |                  |             |
|------------------|-------------|
| a. oratione      | c. tesseris |
| b. iussu tyranni | d. testula  |

19. The best title for this passage might be ...
- |                      |                                  |
|----------------------|----------------------------------|
| a. Death of a Tyrant | c. Justice Has Strange Rewards   |
| b. Transfer of Power | d. Who's Afraid of Themistocles? |

## Selection Three:

a. Cum Caesar ad flumen *Baetim* venisset, propter altitudinem aquarum transire non potuit. Itaque, ponte factō, cōpiās suās ad castra prope oppidum trādūxit. Pompeius qui ad eundem locum cum suis cōpiis venit, item castra posuit. Caesar, ut Pompeium ab oppidō frumentōque excluderet, mūntiōnēs ad pontem facere coepit. Pompeius idem fecit. Duo ducēs ad capiendum pontem contendebant. Multis proeliis factis et multis militibus interfectis, neque Caesar neque Pompeius vicit.

Itaque Caesar constituit deducere hostēs in locum idoneum pugnandō. Cum vidēret hostēs id non facere, noctū flumen trānsiit et Ateguam properavit. Hoc erat praesidium Pompei firmissimum. Cum Pompeius id ab fugitivis cognovisset, eodem diē carrōs et impedimenta per angustās viās ad Caesarem dūxit. Caesar oppugnare Ateguam incēpit.

Cum nūntiātum esset Pompeium ventūrum esse, Caesar omnia parabat. Multa castella occupavit; ibi et equitēs et peditēs posuit ut castra dēfenderent. Mox Pompeius venit. Eō diē caelum tam obscurum erat ut pars cōpiarum Caesaris circumvenire et occidere plurimōs hostēs posset. Pauci effūgerunt.

—Caesar, *De Bello Hispaniensi*, 5-6 (adapted)

- |  |                                |
|--|--------------------------------|
| 20. Cur Caesar pontem fecit?                       |                                |
| a. Flumen erat altum.                              | c. Vulneratos portare voluit.  |
| b. Flumen erat latum.                              | d. Ab hostibus fugiebat.       |
| 21. Caesar in animo habebat ...                    |                                |
| a. Pompeium a cibo prohibere                       | c. Pompeium servare            |
| b. castra ponere                                   | d. e castris discedere         |
| 22. Quid ad pontem accidit?                        |                                |
| a. Caesar suas copias dimisit.                     | c. Caesar Pompeium superavit.  |
| b. Acriter pugnatum est.                           | d. Pompeius pontem occupavit.  |
| 23. Caesar copias trans flumen duxit quod ...      |                                |
| a. hostes in eodem loco manebant                   | c. aqua non erat               |
| b. Pompeius excesserat                             | d. paucas copias habuit        |
| 24. Pompeius profectus est quod ...                |                                |
| a. viae erant bonae                                | c. Caesar Anteguum contendebat |
| b. sui milites erant defessi                       | d. Caesar superatus est        |
| 25. Adventu Pompei nuntiato, Caesar constituit ... |                                |
| a. nuntium exspectare                              | c. equites praemittere         |
| b. ad Pompeium properare                           | d. castra praesidiis munire    |

## Selection Four:

b. Philippus erat rex terrae Macedoniae. Propter virtutem et industriam Philippi, populi Macedoniae imperium auxerant et gentes nationesque multas vincere coeperant. Demosthenes in suis orationibus dixit totam Graeciam timere debere et vim et arma Philippi. Is Philippus cum in omni paene tempore negotiis belli victoriisque studeret, tamen a studiis humanitatis numquam afuit. Epistulae eius prudentiam demonstrant. Sunt illae litterae quibus Aristoteli nuntiavit natum esse sibi Alexandrum. Haec epistula curam et diligentiam in disciplina liberorum hortatur. Philippus scripsit: "Filius mihi natus est. Deis habeo gratiam quod natus est temporibus vitae tuae. Spero enim te futurum esse magistrum eius."

—Aulus Gellius, *Noctes Atticae*, IX, 3 (adapted)

26. Macedonia multas terras superaverat quod ...  
 a. Macedonia multos milites habuit c. Macedonia potentes naves habuit  
 b. Phillipus fortis et diligens dux erat d. multae gentes ad Macedoniam auxilium miserunt
27. Demosthenes dixit oportere ...  
 a. Graecos potestatem Phillipi timere c. Graecos Macedoniam statim oppugnare  
 b. Phillipum ad Graecam ire d. Graeciam auxilium e Macedonia petere
28. Quamquam Phillipus erat magnus imperator, tamen amabat ...  
 a. pacem c. humanitatem  
 b. poenam d. pecuniam
29. Phillipus Aristoteli scripsit ...  
 a. omnes gentes timere Macedoniam c. Alexandrum rectorum esse omnes terras  
 b. pulchrum esse mori pro patria d. se novum filium habere
30. In hac epistula Phillipus speravit ...  
 a. se futurum esse inimicum Aristoteli  
 b. Alexandrum futurum esse magistrum  
 c. Aristotelem docturum esse Alexandrum  
 d. se habiturum esse multos filios

## Passage Five:

a. Caesar ad exercitum primā aestate proficiscitur. Eō cum vēnisset, cognōvit legatiōnēs ab nōn nullis civitatibus Gallicis ad Germānōs missās esse. Hae civitatēs rogāvērunt ut Germāni ab Rhēnō discēderent et in finēs Gallicōs trānsirent. Lēgātī dixērunt praetereā Germānōs omnia quae vellent acceptūrōs esse. Hāc spē adducti, Germāni longiōra itinera faciēbant et in fines Gallōrum trāns Rhēnum pervēnērunt. Principibus Galliae convocātis, Caesar ea quae cognōverat nōn nūntianda esse putāvit. Eōs cohortātus, bellum cum Germānis gerere cōstituit.

Caesar, *Dē Bellō Gallicō*, IV, 6 (adapted)

31. Caesar ad exercitum venit cum ...  
 a. aestas incipiebat c. aestas confecta est  
 b. hiems appropinquabat d. annus terminabat
32. Adventu suo Caesar invenit ...  
 a. Germanos ad gentes Galliae frumentum misisse  
 b. legatos Gallorum ad Germanos venisse  
 c. Gallos vidisse legatos Germanorum  
 d. Germanos rogavisse legatos
33. Germani invitati sunt ut ...  
 a. in Britanniam transirent c. in Galliam iter facerent  
 b. pontem in flumine aedificarent d. ex Gallia discederent
34. Spe incitati, quid Germani fecerunt?  
 a. Belgas convocaverunt. c. Ex suis finibus discesserunt.  
 b. Impetum fecerunt. d. Latius frumentum coegerunt.

35. Caesar in animo habuit bellum gerere postquam ...
- |                                 |                          |
|---------------------------------|--------------------------|
| a. equitatum in hiberna dimisit | c. obsides postulavit    |
| b. principes cohortatus est     | d. satis copiarum habuit |

**TIE-BREAKERS:**

The following items will be graded only in the event of a tie.

b. Dum Tarquinius oratorem audit, duo viri eum vulneraverunt. Cum viri, qui prope eum erant, Tarquinium morientem tenerent, lictores regis viros fugientes capiunt. Tum erat clamor populi. Tanaquil uxor inter tumultum iubet regiam claudi et omnes excedunt. Simul illa parat ea quae necessaria sunt curando vulnere regis. Celeriter Servium vocat et dicit, "Servi, si es vir, regnum est tuum. Surge et audi deos qui dixerunt te futurum esse clarum." Cum clamor impetusque multitudinis vix possent sustineri, Tanaquil cum populo loquitur. Nuntiat regem vulneratum esse et telum non descendisse aliter in corpus.

—Livy, *Ab Urbe Condita*, I, 41 (adapted)

51. Cum Tarquinius moriretur, quid primo Tanaquil fecit?
- |   |                                 |
|---|---------------------------------|
| a. E regia fugit.                           | c. Docuit quid accidisset.      |
| b. Imperavit ut portae regiae clauderentur. | d. Lictores ad Galliam dimisit. |
52. Tanaquil dixit ...
- |                                  |                                |
|----------------------------------|--------------------------------|
| a. se interfectorum esse Servium | c. se vastaturam esse regiam   |
| b. Servium habiturum esse regnum | d. multos servos esse in regia |
53. Dei nuntiaverunt ...
- |                                |                                  |
|--------------------------------|----------------------------------|
| a. Tanaquilem occisam esse     | c. se laudaturos esse duos viros |
| b. Servium futurum esse clarum | d. Servium poenam dare           |
54. Tanaquil populo affirmavit regem ...
- |                   |                       |
|-------------------|-----------------------|
| a. optime valere  | c. e vita discessisse |
| b. moriturum esse | d. vulnus habere      |
55. The best title for this passage might be ...
- |                        |                                |
|------------------------|--------------------------------|
| a. Death of a King     | c. The Assassins               |
| b. Panic in the Palace | d. The Power Behind the Throne |

